Terentius Afer, Publius; Jouenneaux, Guy [Comm.]; Badius Ascensius, Jodocus [Comm.]: Comoediae cum directorio vocabulorum, sententiarum, artis comicae ...[Enth.:] Vita Terentii de dictis Petrarcae excerpta

Straßburg: Johannes Grüninger, 1. Nov. 1496 Seite 131



Publij Therentij Afri poetae Comici Heautontime-rumenos incipit foeliciter.

Acta ludis Megalensibus. L. Cornelio lentulo. L. Valerio flacco aedilibus curulibus. egere. L. Ambiuius turpio. L. Attilius Praenestinus. graeca Menandri prima acta secunda. modos fecit flaccus Claudij: tibijs duabus dextris. M. Iunio. T. Sempronio consulibus.

## Argumentum.

.i. bellum .i. filium suum .i. quam amabat puellam

N militiam proficisci natum Clineam amantem Anti

.i. acerbus .i. animo curas voluebat

philam compulit durus pater: animoque sesean

.i. macerabat .i. poenitentia ductus .i. talis duriciei .i. statim .i. nesciente

gebat / facti poenitens. Mox vt reuersus est: clam patre / di

.i. deflectitur .i. meretricem

uertitur ad Clitiphonem. Is amabat scortum Bachidem.

amatam clinee

Cum accersiret cupitam Antiphilam Clinia: eius Bachis ve-

.i. tanquam amica .i. ancille .s. venit

nit amica: ac seruulae habitum gerens Antiphila. factum id

.i. vt chremetem .i. artibus .i. calliditatibus illius serui

quo patrem suum celaret Clitipho. hic technis Syri decem mi

.i. libras .i. extorquet chremete pro bachide cui promiserat

nas meritriculae aufert a sene. Antiphila Clitiphonis repe

dimissa bachide

ritur soror. hanc Clinia: aliam Clitipho vxorem accipit.

## ARGVMENTVM HEAVTON

C Hremes & Menedemus duos filios habuerunt. Chremes Clitiphonem & menedemus Cliniam. Clitipho exarsit in bachidis meretricis amorem. Clinia autem in antiphilae quae cum ea considebat. Menedemus egerrime ferens illud iurgijs multis filium cliniam in militiam ire compulit. Deinde ad se reuersus & se orbum videns omnia vendidit & agrum emit in quo se exerceret ac maceraret: in seipso filii iniuriam volens vlcissi. Interea Clinea clam patre rediit / diuertitque ad Clitiphonem vbi cum accersisset antiphilam Bachis vnacum ea venit cupiente Clitiphone. Chremetique persuasum est eam esse Cliniae amicam: quae haberet puellam Antiphilam arabonis gratia ob pecuniae certae summam quae ei ab anu corinthya debebatur. haec autem persuasio a Syro callido seruo prodiit: effectumque est vt a Chremete extorquerentur decem minae quas clitipho promiserat ipsi Bachidi. Postea agnita est Anphila esse ipsius Clitiphonis soror: quae a matre fuerit tradita cuinam anui corinthiae secreto propterea quod Chremes vxori suae fuerat interminatus si puellam pareret nolle tolli. Itaque ipsa agnita data est Cliniae in vxorem. Clitipho vero dimissa Bachide aliam accepit.

## ALIVD

## In militiam proficisti.

Haec fabula Menandri graeca quae facta a Terentio latina nomen idem obseruauit: ne graeci nominis enphoniam perderet quod Terentius minus laudis extimaret propria scribere quam graeca transferre. nomen habet a sene: seipsum excruciante ob filii absentiam: quem amantem duricia sua in miliciam proficisti compulerat Heautontimerumenos latine seipsum excrucians interpretatur. illud animaduertendum omnes Terentianas fabulas ex vtroque genere mixtas preter hanc. Nam comoediae aut motoriae. Statariae sunt aut mixtae. Motoriae turbulentae. Statariae quietiores. mixte ex vroque actu consistentes in hac quae plurimum delectat & actu & stilo primae partes sunt Menedemi & Chremetis. Secundae Cliniae & Clitiphonis. Tertiae Syri. & sic deinceps. Haec etiam vt ceterae quinque actus habet: prologum concitatum. nam & se purgat & in ledendis aduersariis est occupatus. Argnmentum quoque non simplicis negocii habet: nec vnius adolescentis. vt in Ecyra sed duorum vt in ceteris fabulis Chremes grauide vxori olim interminatu si puellam pareret nolle tolli. at illam clam anui corinthiae nutriendam dedit hanc adultam. Clinia inuito patre amare coepit: cuius duricia & assiduis iurgiis in miliciam proficisti compulsus est. postea facti patrem Menedemum adeo penituit & omnia venderet & agrum emeret. in eo se exerceret: vt sic filii iniuriam vlcisceretur. Paulopost reuertitur Clinia & clam patre diuertitur ad Clitiphonem: qui & ipse amabat scortum Bachidem. mittit accersitum cupitam Antipholam. Clinia cum qua & Bachis vna venit hanc adolescentes Cliniae amicam simulant Syri tecgnis Antiphila ad matrem deducitur occasione Syrus decem minas mereteiculae aufert a Chremete. dehinc Antiphila Clitiphonis soror reperitur. & cliniae in vxorem datur chremes Bachidem a clitiphone amari animaduertit: irascitur: minatur: & aliam illi dat.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-77/0131
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG